

§. XVIII.

XVI l. „Denique corroboracionem interioris hominis ut Chri-
 „stus per fidem habitat in cordibus, radicationem & foundationem
 „in charitate, profectum in cognitione Christi & amoris ejus, o-
 „mnemq; omnino gratiar & gratuitorum donorum Dei plenitudi-
 „nem, Patrem Domini nostri Jesu Christi, & Spiritum ejus opera-
 „ri in electis, per eam potentiam, qua facere potest superabundan-
 „ter supra omnia quæ petimus aut cogitamus: eo ipso docet Apo-
 „stolus, quod ab illo ea Ephesus apprecatur; illique propterea
 „gloriam & laudem deberi dicit in Ecclesia, in Christo Jesu, in o-
 „mnibus generationes seculi seculorum,

Resp. Satisfaciunt & hic jam antea à me dicta,

§. XIX.

Atque hæc luculenter commonstrant, quam levis armaturæ
 militem, pro absoluto Electionis decreto, contra doctrinam de E-
 lectione per fidem, ex Scriptura pugnaturus, agat Røellius, dum
 hoc corruptæ rationis commentum Paulino textui ita intrudere mo-
 litur, ut ne subveri quidem specie quadam aliquid, quod ipsius
 causam suscipiat, ex illo proferre queat.

SECTION IV.

§. I.

Illud adhuc restat considerandum, utrum, licet concedatur,
 erroneum esse istud de absoluto Electionis decreto dogma, tanti ta-
 men ponderis id nequaquam sit, ut, qui hoc propugnant, in funda-
 mento fidei & salutis errare affirmandi sint? Satis quidem decisam
 in superioribus, quæstionem hanc se offerre is existimaverit, qui per
 errorem illum Dei sanctitatem infinitam, ipsamque adeo divinam
 naturam adimi ex sanæ Rationis Principiis intellexerit. Tantæ
 enim impietatis doctrinam omnis religionis fundamentum prorsus

EVCS-